



Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

20. De circumcissione Domini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60561)

euntes, & introsipientes, nihil notantes singulare, præteribant. 3. Alii fide viva accedentes: agnoscunt & adorant, fructumque referunt; sed recedunt ad sua. 4. Alii inhaerent, ut Maria & Ioseph, volvuntque assidue, & inter se conferunt mysterium.

MEDITATIO XX.

Circumcisio Christi.

PUNCTUM PRIMUM.

Obediē-
tia.

Æ Stimanda in Matre & sponso obedientia legis, ob quam subjecerunt circumcisioni Filium, imò ipsimet circumciderunt, vel Maria, vel Ioseph. Item affectus Matris in ipso actu: quam compatiebatur! quam blandè fovebat, quam devota sanguinem excipiebat, quâ diligentiam plagam curabat, quâ curâ primitias Sanguinis & præputium asservabat: vel sola ad redemptionem nostram satis futura!

PUNCTUM II.

1.
Christi
obediē-
tia.

2.
Humili-
tas.

3.

Qualis in circumciso infante affectus! 1. Obedientiae erga legem durissimam, in qua poterat secum dispensare, ut Deus, aut qua etiam non tenebatur, quippe ab originali culpa immunis, cuius erat testificatio ipsa circumcisio, quam suscipiendo, universae legis faciendae debitor fiebat. 2. Humilitatis, dum notam peccatoris accipit: nos autem, qui verè sumus peccatores, renuimus videri, aut dici. 3. Patientiae in

in ferendo vulnere, ob teneram complexionem, Patiētia,
 valde acri: & quia pollebat usu rationis, non
 tantum ictum sensit, sed expectatio abscissio-
 nis, & aspectus cultri timorem & tristitiam na-
 turaliter afferebat: quod in aliis non evenit in-
 fantibus. Porro ita doluit & ploravit, ut simul
 gauderet ob impletam in eo Patris voluntatem.
 4. Charitas tum erga Patrem, tum erga nos, qua 4.
 etiam totum sanguinem dare, innumerāsque Charitas
 plagas accipere paratus fuit.

PUNCTUM III.

Quod est quædam spiritualis circumcisio, Circum-
 quam Christus nos docet sua corporali; cisio spi-
 nempe superflua abjicere in vitæ commodis, ritualis.
 & inordinatos affectus resecare. Hanc nostram
 circumcisionem qui juvant, eique cooperan-
 tur, amandi sunt, nempe qui vel incommodo,
 vel injuria aliqua nos afficiunt: unde nimius
 nostri, & honoris proprii amor castigatur. Dein- Sangu-
 de considera, quod Christus tripliciter sangui- nem fu-
 nem fudit. 1. In circumcisione à suis, debito dit ter.
 & sancto ministerio. 1.
 2. A seipso in horto per 2.
 vehementem cum imminente morte conflicta-
 tionem animi sponte susceptam. 3.
 3. A Sathanæ ministris in passione ipsa. Ita etiam circumcisio
 nostra partim ab iis, qui præsumt, perfici debet,
 amputando occasiones & mortificando subdi-
 torum affectus, detrahendoque non necessaria:
 partim à nobis ipsis per voluntarias mortifica-
 tiones: partim ab adversariis & calumniatori-
 bus. Offeram me ad omnem modum.

N S MEDI.